

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 4: De aliis rebus Caput 2: De patiencia (13)

Idem (Bernardus):

Vtrumque michi es, domine Ihesu,  
et speculum patiendi et premium patiendi,

doces manus meas ad prelium exemplo uirtutis tue,  
tu caput meum post uictoriam, tu me coronas presentia maiestati.  
Vtrumque prouocat fortiter ac uehementer accendit,

in utroque me tibi mirabiliter allicis,  
uterque funis uiolentius ad trahendum.  
Trahe me post te, libenter te sequor, libentius fruor.

Utrumque es mihi, Domine Iesu,  
et speculum patiendi, et pretium patientis.

→ Utrumque fortiter prouocat ac uehementer accendit.

Tu doces manus meas ad proelium exemplo uirtutis tue,  
tu caput meum coronas, post uictoriam, tuae praesentia maiestatis;

← sive quia pugnantem te specto,  
sive quia te exspecto non solum coronantem, sed et coronam,  
in utroque mirabiliter tibi me allicis,  
uterque funis uolentissimus ad trahendum.

TRAHE ME POST TE: libenter sequor, libentius fruor.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 47.6  
(SBO 2, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.65, ll.8-14).

Impatiencia perditio anime est. Qui patiencia caruerunt, perierunt.

Modena, Bibl. Estense, MS lat. 1163, fol.16ra-rb

Siquidem non solum propter inoboedientiam quibus oboedientia defuit,  
← aut propter impatientiam qui patiencia caruerunt;

sed et qui non habuerunt sapientiam,  
→ propter suam insipientiam perierunt.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones de diuersis*, 2.5 (SBO 6.1,  
J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.83, ll.14-16).